

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

270. An Resignans possit repetere beneficium resignatum, & ad illud
regredi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

tae illius, & consequenter tenet illa. Si vero consensit secunda resignationi seu supplicae, & non dum consentit prima, consensus non potest retrotrahi ad datam primam. Addit quoque Paris. n. 115. non retrotrahi consensum ad diem data, quoties id est cum praedictio tertii citat pro hoc Put. decif. 268. n. 3. l. 3. verum circa haec reflectendum, quia q. 265. num. 9. ex Lott. dicta, nempe hodie esse stylo, non prius adiiciendi consensum a tergo supplicae signata, quam ille sit extensus in Cancell.

2. Respondeo ad secundum: Non sufficere semiplenam probationem, qualis est per testes de publica voce & fama, sed requiri plenam; et quod talis probatio non sit difficultis. Paris. cit. q. 8. num. 76. juxta decif. Rot. in Camaricens. Canonicas. S. Gangarici. 8. Junii. 1552. Verè igitur probabitur, si in bullis provisionis fiat de hoc mentio, prout requiritur de stylo. Paris. n. 82. ex Put. decif. 368. n. 3. l. 2. Addit tamen Paris. num. 80. consensum hunc praeditum probari posse ex dicto Notarii Cancellariae & testium, ut & n. 83. visis literis renunciationis, presumi hunc consensum praeditum; cum aliter litera non fuissent expedita; et quod presumendum sit pro Notariis, & sic aliter afferent incumbere onus probandi.

Questio 269. An, & qualiter, & in quibus casibus derogatur dicta regula 45. de extendendis consensibus?

1. Respondeo ad primum: quamvis Paris. cit. q. 8. n. 121. dicat huic regula regulariter non derogari, ait tamen Lott. l. 3. q. 16. n. 59. facillime derogari huic regula; et quod, ut dictum alias ex eodem, consensus hic formalis, de quo in regula hac, respectu substantia gratia reputetur veluti quid superinductum pro executione actus perfecti & absoluti.

2. Respondet quoque ad secundum Paris. loc. cit. n. 122. quod derogatio debet esse nominatum & expressum; et quod regula Cancellariae habeant decreta irritans: citat pro hoc Felin. in c. nonnull. n. 7. de res. rip. Cassad. decif. 38. n. 11. super reg. Sarn. in proxim. regula juris. q. 5.

3. Respondeo ad tertium: casus, in quibus derogatur huic regula sunt primi: quories beneficium conferunt absentem cum reservatione pensionis; posse enim Papam reservare pensionem absque consensu beneficiarii communiter receptum est, & resolutum in Rota Chok. ad hanc reg. num. 47. testans, vidisse feid factum a Paulo 5. in certo Canonicatu derogando huic regula. Paris. cit. q. 8. n. 118. Verumtamen, ut ait Lott. l. 1. q. 35. n. 72. consensui primo seu causali (sic dicto, ut Lott. ib. n. 69. quia per modum causarum tam in supplicatione, quam in literis narratur, & sic super eo radicatur gratia) minime unquam derogat Papa (et si posset, in his enim non est quæstio de potestate, sed de voluntate & usu) in modo tantum absit, ut isti primo consensui deroget, ut etiam talis derogatio prorsus sit impracticabilis, ita ferè ibid. Lott. Secundò: quories resignatur in favorem minoris absentis; tunc enim derogatur dicta regula, & Papa contentatur non praedito consensu minoris, adeoque resignatio illa annulari nequit ob non praeditum a resignatario consensum. Chok. loc. cit. Paris. n. 120. Verumtamen non in his solùm casibus derogatur huic regula, ait Lott. loc. cit. n. 59. sed et-

iam in aliis passim, ut videre est ex decif. Rota. 396. p. 7. divers.

Questio 270. An resignans possit reperire beneficium resignatum, & ad illud regredi, intelligendo hoc non de regressu, qui datur post mortem, vel cessionem resignarii, vel quia hic reservatus fuit in resignatione; de hoc enim agetur infra, ubi de resignatione sub reservatione regressus, vel quia daretur ex nova causa, puta, dum beneficio resignato iterum vacante quis ad illud eligetur, presentaretur, aut aliter de eo provideretur (posse enim talis nova causa intercedente illud repetere, & ad illud regredi certum videtur, & quotidie practicatur de stylo communis & receptis & juxta doctores omnes in c. 2. de renunc. Paris. l. 1. q. 13. n. 43. idque etiam si jurasset quis simpliciter, se nolle tale beneficium repetere juxta cit. c. 2. de renunc. & gl. in c. ad nostram. de jurejurando. Paris. cit. q. 11. n. 45. et quod iuramentum non extendatur ad ea, de quibus non fuit cogitatum. c. clericus. de jurejur. & ibi autores. Item regulariter non extenditur ad ea, que superveniunt, ut gl. in cit. c. ad nostram. Paris. à n. 46. quod tamen non procedere, dum quis ob crimen resignavit, tradit Paris. loc. cit. n. 51. juxta doctores in c. nisi, de renunc. uti nec de Episcopo renunciante, ut monachus fiat. Paris. ibid. n. 52. citans Majol. de irreg. l. 3. c. 6. n. 7. & doctores in c. post translationem, de renunc.) sed intelligendo questionem de eo regressu, qui fieret resignatario vivente, & non sponte cedente, aut alias post resignationem simplis beneficium necdum collato?

R Espondeo negativè: (intelligendo nimis mirum, dum renunciatio fuit perfecta eo modo, ut dictum q. præced.) conflat ex c. periculoso. 7. q. 1. ubi dicitur: quād periculoso sit in divinis rebus, ut quis cedat iuris suo, scriptura S. declarat: dum in Genes. Esa primatum suum inde perdidit, nec recipere ideo postmodum potuerit, quod semel cessit & c. & ibid. v. quam. Gemin. Turrecrem. & alii passim. Item ex c. transmissa. c. de renunc. & ibi Butrio nam. 1. Abb. Bald. & alii communiter, & c. si te probabam, ad renunc. in 6. & ibi autores Paris. l. 1. q. 13. n. 1. citans C. Paris. conf. 135. n. 2. vol. 4. Rebuff. conf. 192. n. 4. Ratio quoque patet, quia relinquens abdicavit a se omne ius, quod habebat. Ad hanc illius & variationem, quales contingit in tali repetitiones & regresu, prohibetur maximè viris Ecclesiasticis. c. cum autem de jurep. c. publicato. de elect. Paris. loc. cit. à n. 2. Et cum, quod à principio est voluntarium, ex post facto efficitur necessarium, reg. quod semel dereg. juris, in 6. relinquens beneficium, quod à principio non cogebatur resignare, voluntarie relinquatum non potest repetrere. Paris. n. 7. atque ita petenti restitutionem beneficii obstat exceptio spontaneæ renunciationis. c. super hoc. de renunc. Paris. n. 34. defectus namque notoriis proprietatis (qualem notorium defectum proprietatis beneficium)

De vacat. per resignationem, seu de resignatione benefic.

139

beneficis inducit renuntiatio. Paris. nu. 36. ex Abb. communiter recepto in c. sollicit. de resit. spol.) repellit aliquę à repetitione sui beneficii. Paris. n. 35. citans Rotam. decis. 2. de resit. spol. ac dicens esse communem teste Navar. Operaturque exceptio cessionis eundem effectum, quem exceptio litis finita & rei judicata. Paris. n. 37. sic resolutum dicens in Mediolan. pensionis. 1. Iulii 1551. teste Caput. decis. 320. p.t. de hoc intelligent doctores, dum dicunt, renunciantibus sua beneficia ad illa obtinenda non dari regresum. Paris. ibid. n. 9. citatis quamplurimis. Proceditur responso etiam in tacita renuntiacione; cùm tacita renuntiatio in præjudicium resignantis idem operetur, quod expresa. Paris. loc. cit. n. 10. citans C. Paris. conf. 76. n. 1. & seq. vol. 4. Hojed. de incom. p. 1.c. 13. n. 36. &c. Procedit item, etiam renuntiatio non fuerit juramento firmata. c. transmissa. & c. praesentia. de renunc. Paris. n. 37. & 30. citans Abb. in c. super. 20. n. 7. de renunc. Nav. inc. accepta. de resit. spol. n. 7. Verumtamen, quia hac responsio multas patitur limitationes & casus, in quibus iste regresus videtur esse licitus, fit

Quæstio 271. An qui resignavit inconsulto, possit panistere & repeteret beneficium?

Responeo: Potest, si necdum collatio sit facta alteri. Paris. l. 1. q. 13. nu. 39. citans Gemini. in c. a. de renunc. in 6. nu. 12. Bursat. conf. 393. n. 10. vol. 4. ac dicens esse communem. Sic locum habere in eo responsionem, qui motus ita vel indignatione renunciat, dicit ibidem Paris. citans Decium in c. exparte. 1. de off. deleg. n. 24. Boëtium. decis. 150. nu. 5. qui etiam pro hoc rationes adducit; subdit tamen idem Paris. ibid. responsionem hanc hodie locum non habere in praxi, loquendo de resignatione, qua sit coram Papa, cùm illa non expeditatur statim, sed ex intervallo temporis; dum interea licita sit pœnitentia usque ad consensum præstitum & extensum in camera vel Cancellaria.

Quæstio 272. An resignans possit repete-re beneficium, dum resignatione facta vi, me-su vel dolo?

Responeo affirmativè: Argumento cap. super hoc. de renunc. & ibi autores communiter, utl. & in c. in praesentia, tit. eodem. Paris. l. 1. q. 13. n. 40. citans C. Paris. conf. 66. à nu. 1. vol. quarto. Cora- tr. de benef. p. 1. c. 8. n. 9. & 10. ubi is dicit, has causas reperiendi beneficium esse approbatas à iure, & talem venire restituendum abique nova collatione, ait Paris. l. 1. q. 14. n. 17. citatis Abb. Felin. in c. si uno. de jurejurando. & Card. Paris. conf. 5. n. 165. vol. 4. verum de hoc ex professo fuisus infra, ubi de resignatione facta vi, metu, dolo, &c.

Quæstio 273. Virum quis possit repete-re beneficium, quod resignavit, postquam eo spoliatus fuit:

Responeo affirmativè: Seu talem restituendum esse. Paris. cit. q. 13. n. 53. citans Rot. decis. 6. de renunc. in antiqu. & decis. 3. de renunc. in novis. C. Paris. conf. 1. n. 151. vol. 1. Menoch. de remed. rem. spol. rem. 1. n. 263. n. 272. qui attestetur hanc esse communem omnium. Idque procedit, etiam resignatio facta in favorē alterius, quam illius, qui sponavat. Paris. cit. n. 53. juxta decis. Rota in Imola. prob. teste Caput. decis. 241. l. 1. & Pelegriño.

decis. 275. & 1. verum & de hoc ex professo infra. loc. cit.

Quæstio 274. An quis redire possit ad be-neficium, in quo jus quæsumus resignatario, dum non servantur conditiones?

Responeo affirmativè: Paris. cit. q. 13. nu. 54. dicens sic plures resolutum à Rota, & esse communem, ac referens se ad seipsum eodem. l. 1. q. 3. sed & de hoc in specie; nempe ubi de resi-gnatione sub pensione, qualiter eā non soluta re-grediatur resignans ad beneficium.

Quæstio 275. An resignans in casibus, in quibus redire potest ad beneficium, id possit sine nova collatione?

1. **R**esponeo primò: In casu, ubi quis renunciavit beneficio simpliciter, redire ad illud nequit sine nova collatione seu provisione. Paris. l. 1. q. 14. n. 20. citans C. Paris. in c. cùm venerabilis. de except. nu. 42. & est communis, ut idem; & pater; cùm enim per talen resignationem extinctus sit titulus resignantis, ut redeat ad illud be-neficium, requiritur novus titulus seu provisio. Paris. cit. n. 20. citans C. Paris. ubi ante. n. 44. Nav. in c. accepta. n. 31. opposit. 7. de resit. spol. & gl. in c. quid Dei. de statu Monach. Idque verum siue beneficium simpliciter resignatum collatum fuerit alteri, siue non; cùm in utroque casu vacarit beneficium. Paris. ibidem n. 21. Card. Paris. cit. n. 42.

2. **R**esponeo secundò: Si resignatione conditio-nalis habuerit effectum, non potest resignans redire ad beneficium siue nova collatione. Paris. cit. q. 14. citans Felic. in c. cùm venerabilis. de except. n. 31. Rebuff. de pacif. poss. n. 164. Redoan. de simon. p. 2. c. 10. n. 29. Selv. p. 3. c. 24. n. 3. &c.

3. **R**esponeo tertio: Dum resignatione condi-tionalis non habuit effectum ob non impletas con-ditiones, potest redire ad beneficium siue nova collatione. Paris. loc. cit. n. 6. & 14. dicens esse ve-riorem, & servari de stylo & mente Rota, ac citans pro hoc Gabr. conf. 185. n. 2. vol. 1. C. Paris. conf. 5. n. 7. vol. 4. Rotam. decis. 7. de resit. spol. in antiqu. & in specie n. 12. pro eo, quid id procedat in permuta-tione non consecutū suum effectum, citans Card. & Imol. in c. penult. de rerum permutatione. Federic. de Senis. in tr. de permut. benef. q. 3. Decium. in c. cùm venerabilis. Jo. And. in c. c. 1. de rer. permuat. in 6. ac dicens, hanc esse resolutionem hodiendum magis communem, & tenere de confuetudine teste Gregorio. Syntagm. juris. l. 17. c. 17. n. 33. contra Matard. de prob. conclus. 3395. n. 3. Selv. p. 3. q. 24. n. 3. Redoan. de simon. p. 1. c. 10. n. 30. C. Paris. in c. c. cum venerabilis. n. 73. Rot. decis. 16. n. 6. de rer. permuat. in antiqu. & alios quamplurimos, quos Paris. citat. cit. q. 14. n. 1. tsuantes tanquam verio-rem, tutiorem, communiores, & à qua receden-dum non sit; quid nimurum in permutatione in-valida, quia effectum suum sortita non est, permu-tantes non possint redire ad beneficia sua siue no-va collatione; ed quid utrumque beneficium per renunciationem verè vacarit, & beneficium va-canis sine canonica institutione, per eum, qui in eo jus non habet, vel si jus in eo habuit, per pri-vationem seu liberam resignationem perdidit, recuperari non possit iuxta c. ex sequentibus. de in-situ. Item contra Abb. in c. inter cetera, in prin-cipio. de prebat. Card. conf. 62. & alios, quos citat Pa-